



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. XIV. Ad Distinct. XVI. De Canonibus Apostolorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

CAP. XIV.
Ad Distinct. XVI. De Canonibus
Apostolorum.

S U M M A R I A.

1. *Canones Apostolorum an apocryphi.* 2. *Baronii opinio.*
3. *Iustelli sententia.*

Diximus supra primam Canonici juris collectionem fuisse *Canones Apostolorum* systema canonum Apostolicorum: Sed hos canones Ge-
ladius in apocrypha refert. Rejiciuntur etiam *c. 1. dist. an apocry-*
phi. auctoritate Isidori, qui canon extat in præfatione Isi-
dori ad collectionem conciliorum, quæ ex Bibliothecâ Ecclesiæ
Toletanæ descripta, Romam missa est, ut testantur Critici Grego-
riani, *ad d. can. 1.* Quomodo igitur conciliabitur *can. 1. canoni.*
Placuit. 4. distinct. ead. Idem Gregoriani dubitant an idem utro-
bique sit Isidorus, quod contendit tamen Possevinus *appar. tom. 1.*
voce: Isidorus Mercator. Baronius ad annum 102. canonem pri-
mum, qui sit ex primâ Isidori editione, rejiciendum statuit: At *Baronii*
non sat rationis profert, cur illa editio, quæ ex Toletanæ Biblio-
thecæ exemplari descripta est, sit rejicienda. Sequendus mihi
videtur Christophorus Justellus in præfatione Codicis canonum, *Justelli sen-*
censens canonem primam Isidoro Hispalensi adjudicandum: *sentia.*
At canonem quartum esse Isidori Mercatoris. Quod probatur
manifestâ hâc ratione, quia Isidorus Mercator in ordine celebra-
di concilii, quem suæ collectioni præfixit, concilii Toletani XI.
meminit, celebrati Anno 675. Ipsaque collectio à canonibus
Apostolorum pertingit ad concilium Toletanum duodecimum,
anno 682. cui etiam inserti sunt canones ab Hadriano primo col-
lecti, & Ingelramno Mediomatricis Episcopo traditi anno 785.
cum tamen Isidorus Hispalensis mortuus sit anno 635. Junge P.
Marcam *ap. 143.*

Y

CAP.